



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Formularium Episcopale**

**Barbosa, Agostinho**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Alia Formula. Litterarum collationis Capellaniae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10456**

vicerectori dictæ Ecclesiæ de N. ac Notariis, & tabellionibus publicis quibuscunque per civitatem & dioccesin nostras prædictas constitutis, & eorum cuilibet in solidum præsentium tenore damus in mandatis, quatenus ipsi, vel eorum alter, qui super hoc fuerit requisitus ad dictam Ecclesiam N. accedant, vel accedat, & te, vel procuratorem tuum tuo nomine in corporalem, realem, & actua-lem possessionem beneficii, præstimonii, aut præstimonialis portionis, juriumque & pertinentiarum prædictarum inducant, vel inducat, auctoritate nostra, & defendant, seu defendat inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, ac te vel procuratorem tuum prædictum ad beneficium præfatum, ut est moris, admittant, seu admittat, & tibi de illius fructibus, redditibus, proven-tibus, juribus & obventionibus uni-versis integrè respondeant, & faciant ab aliis plenariè, & integrè respon-deri, contradictores per censuram Ecclesiasticam compescendo. In quo-rum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum præ-sentes litteras fieri, & per Notarium & Secretarium nostrum infra scrip-tura subscribi, sigillique nostri iusti-mus & fecimus appensione commu-

niri. Datum N. sub anno à nativitate Domini N. die verò N. mensis N. præsentibus testibus &c.

## ALIA FORMULA

*Litterarum collationis Capellania.*

**D** Rodericus &c. Dilecto nobis in CHRISTO N. &c. Salutem in Domino sempiternam. Vitæ ac morum &c. Cum itaque sicut accepimus perpetua Capellania in Ecclesia N. fundata per quondam N. hujus collatio post patroni præsentationem ad nos pertinet, quam quondam N. illius ultimus possessor, dum vixit obtinebat, per ipsius N. obitum (qui nuper diem suum clausit extremum) vacaverit, & vacet ad præsens. Nos tibi præmissorum meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes, Capellaniam prædictam, sicut præmittitur, vacantem, & ad quam per ejus modernum patronum coram nobis nominatus & præsentatus existis, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis tibi auctoritate nostra ordinaria conferimus per præsentem. Quocirca &c. In quorum fidem &c. ut in præcedenti formula.

CIRCA